

# APPENDIX ALTERA

CONTINENS DOCUMENTA IN OPERE INDICATA.

## CONSTITUTIO ALEXANDRI VIII.

*Configens, ac delens declarationes Cleri Gallicani edita die XIX. Martii MDCLXXXII.*

ALEXANDER PAPA VIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

**I**nter multiplices Pastoralis officii nostri curas, quibus jugiter premur, in illam peculiari studio incumbimus, ut Apostolicæ Sedis, ac Universalis Ecclesiæ, necnon etiam singularum Ecclesiarum, locorumque Piorum, ac Personarum Ecclesiasticarum Jura ubique facta testata, ac illibata tueri, & conservare, eaque adversus quacumque, per quæ illis aliquid detrimenti inferri posset, tradita nobis divinitus potestate vindicare fatagamus, sicut omnibus mature, ac debite pensatis, iustitia, ac rationi consentaneum esse in Domino arbitramur. Cum itaque ex quo primum humilitatem nostram inseparabili Divinæ suæ Providentiæ arcano in suprema militantis Ecclesiæ specula collocavit Altissimus, præ cæteris, quæ Pontificiæ nostræ sollicitudini sese obtulere, negotiis, illa in primis gravissima, ac nobis, qui charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, ac florentissimum illius Regnum in visceribus gerimus charitatis, permolesita, & plane acerba acciderint, quæ five adversus dicti Regni Ecclesiarum jura, five adversus Romani Pontificis, & Ecclesiæ Universalis auctoritatem, nonnulli Venerabiles Fratres Archiepiscopi, Episcopi, & alii ejusdem Regni Ecclesiastici Viri in Comitibus Cleri Gallicani Parisiis anno 1682. congregati, tum præstito inibi per eos extensioni illius juris, quod vocant Regaliæ, ad omnes dicti Regni Ecclesiæ assensu, tum edita subinde de potestate Ecclesiastica quatuor Propositiones continente declaratione, peregerunt, quæque ipsa Comitibus subsecuta fuerunt mandata, arresta, confirmationes, declarationes, epistolæ, edicta, & decreta quacumque a quibusvis personis sive ecclesiasticis, sive laicis quavis auctoritate, & potestate fungentibus edita, seu publicata, necnon quæ alias demum nonnullis abhinc annis in Regno præfato eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, seu quibuscumque aliis Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis, illorumque respective personis, rebus, bonis, & juribus, seu alias jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticæ quomodolibet præjudicialia quovis modo peracta, ac gesta fuerunt. Hæc nos, qui Jurium Ecclesiasticorum assertores in Terris a Domino constituti sumus, dies, noctesque in amaritudine Animæ nostræ cogitantes manus nostras cum lachrymis, & suspiriis levavimus ad Dominum, eumque toto cordis affectu rogavimus ut nobis potenti gratiæ suæ auxilio adestet, quo ardua hæc in re commissa nobis Apostolice muneris partes salubriter exequi valeremus; eaque consideratione adducti, ac ne Supremo Judici rationem villicationis nostræ reddituri negligentia in credita nobis administratione argueremur ( quantum Divina Bonitas dedit ) nihil hucusque præ-

termisimus, quo præjudicialia præfata ab iismet, qui ea peregerant, ex animo retractarentur. Verum, quo efficacius, ac uberius Sedis præfate, Ecclesiæ Universalis, jurisdictionisque, & immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticæ, Ecclesiarumque, Monasteriorum, & locorum Piorum hujusmodi, illorumque personarum præfatarum indemnitati perpetuis futuris temporibus consultum sit, auditis quam plurimum ex Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & nonnullorum in sacra Theologia Magistrorum, ac etiam in Decretis Doctorum ad examen negotii hujusmodi a nobis specialiter delectorum, qui illud mature discusserant, remque totam Nobis exposuerunt, sententiis, quantum nobis ex alto conceditur, providere volentes, ac fel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri, qui occasione rescribendi ad literas, quibus Archiepiscopi, Episcopi, & alii Ecclesiastici Viri supradicti de rebus ab ipsis gestis certiorum eum reddiderant, per quasdam suas in simili forma Brevis die XI. Aprilis 1682. expeditas literas improbat, rescidit, & cassavit, quæ in dictis Comitibus acta fuerant in negotio Regaliæ, cum omnibus inde secutis, & quæ subinde attentari contigisset, eaque perpetuo irrita, & inania declaravit, vestigiis inhaerentes; necnon in dictis Comitibus anni 1682. tam circa extensionem juris Regaliæ, quam quoad declarationem de potestate Ecclesiastica hujusmodi actorum, ac etiam omnium, & singulorum mandatorum, Arrestorum, Confirmationum, Declarationum, Epistolarum, Edictorum, Decretorum quavis auctoritate sive Ecclesiastica, sive etiam laicali editorum, seu publicatorum, necnon aliorum quomodolibet præjudicialium præfatorum in Regno supradicto quacumque, & a quibusvis, ac ex quacumque causa, & quovis modo factorum, & gestorum, ac inde secutorum quorumcumque, etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem de necessitate requirementum tenores, & datas etiam anteriores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, & exactissime specificatis habentes. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & singula, quæ tam quoad extensionem Juris Regaliæ, quam quoad declarationem de potestate Ecclesiastica, ac quatuor in ea contentas propositiones in supradictis Comitibus Cleri Gallicani anno 1682. habitas acta, & gesta fuerunt, cum omnibus, & singulis mandatis, arrestis, confirmationibus, declarationibus, Epistolis, Edictis, & Decretis a quibusvis personis sive Ecclesiasticis, sive Laicis quomodolibet qualificatis quavis auctoritate, & potestate, etiam individuum expressionem requirente, fungentibus, editis, seu publicatis, necnon reliqua omnia quocumque & qualiacumque eidem Sedi Apostolicæ, Romanæque Ecclesiæ, vel jurisdictioni, Immunitati, vel libertati Ecclesiasticæ, seu

seu alias Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis præfatis, illorumque respective personis, rebus, bonis, privilegiis, prærogativis, & juribus quibuscumque quomodolibet præjudicialia in dicto Regno peracta, & gesta, cum omnibus, & singulis quacumque & quomodocumque inde secutis, & quocumque tempore secuturis ipso Jure nulla, irrita, invalida, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab ipso initio fuisse, & esse, ac perpetuo fore, neminemque ad illorum, seu cujuslibet eorum, etiam si juramento vallata sint, observantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum, etiam coloratum, vel possidendi, aut præscribendi causam, etiam si longissimi, & immemorabilis temporis possessio, etiam citra ullam interpellationem, vel interruptionem subsecuta sit, vel subsequatur, acquisitum fuisse, nec esse, minisque ullo tempore acquiri, & competere posse, neque illa ullum statum facere, vel secisse, sed perinde ac si nunquam emanassent, vel facta fuissent, pro non extantibus, & non factis perpetuo haberi debere tenore præsentium declaramus & decernimus. Et nihilominus ad abundantiorum cautelam, & quatenus opus sit, acta, & gesta præfata, aliisque præmissa omnia, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus improbanus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuumque, & contra illa, deque eorum nullitate coram Deo protestamur. Decernentes easdem præsentibus literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, etiam specifica, & individua mentione dignis illis non consenserint: nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causas, propter quas eadem præsentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, aut ullo modo justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque causa, colore, prætextu, capite, vel facto, aut Statuto, consuetudine, vel privilegio resultante notari, impugnari, invalidari, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci ullatenus posse; sed ipsas præsentibus literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditorum, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicæ præfate Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, & quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de Jure quæritio non tollendo, legibus quoque, etiam Imperialibus, & Municipalibus, nec

non quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indulgentiis, concessionibus, & literis Apostolicis quibuscumque locis, & personis, etiam regali, & alia quavis sive Ecclesiastica, sive mundana dignitate fulgentibus, & alias quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus, sub quibuscumque veterum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac Consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, & pluries iteratis, & quantiscumque vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresso derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Voluntas autem ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem profuls fides ubique locorum, & gentium in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsi præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anno Piscatoris die quarta Augusti MDCXC. Pontificatus Nostri Anno Primo.

J. F. CARDINALIS ALBANUS

**I**N Nomine Domini Amen. Præsenti publico Instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quod anno a Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, Indictione decima quarta, die vero trigesima Januarii, Pontificatus autem SS. in Christo Patris, & Domini Nostri Alexandri Divina Providentiæ Papæ Octavi anno secundo. Coram eodem Sanctissimo P. N. præsentibus, beneque audientibus, & intelligentibus Eminentissimis, & Reverendissimis P. P. S. R. E. Cardinalibus Chisio, de Alteriis, Carpineo, Columna, Nerlio, Casanate, Marefcotto, Capiscoco, de Lauræa, Panciatico, Astallio, & Albano ad id specialiter jussu Santitatis suæ convocatis, & congregatis, in nostrorum infrascriptorum ejusdem sanctitatis suæ, & S. Sedis Apostolicæ Protonotariorum de numero Participantium, Testiumque infrascriptorum præsentia, Eminentissimus, & Reverendissimus P. Cardinalis Albanus brevium secretorum sanctitatis suæ Secretarius alta, & intelligibili voce, per extensum, ac de verbo ad verbum, prout jacet, legit, & publicavit mandante eodem SS. P. N. supradictum breve. Post cujus lecturam idem SS. P. N. dixit, & declaravit, se usque, & sub die quarta Augusti proxime præteriti subsignasse minutam originalem dicti brevis, ejusque publicationem hodierna die ut supra fieri mandavit. Super quibus omnibus, & singulis.

& singulis incontinenti ab eodem Eminentissimo P. Cardinale Albano nomine Sanctitatis sue nobis fuit injunctum, ut unum, seu plura publicum, seu publica conficeremus, atque traderemus Instrumentum, & Instrumenta, prout opus fuerit, & requisiti erimus; non solum præmissis, sed & omni alio meliori modo. Actum Romæ in Palatio Apostolico Quirinali in Cubiculo Sanctitatis sue, præsentibus ibidem Illustrissimis, & Reverendissimis PP. Petro Dragho Bartolo Patriarcha Alexandrino Præfecto cubiculi ejusdem Sanctitatis sue, & Marcello de Aste utriusque Signatura Referendario, ipsius SS. P. N. Auditore restibus ad præmissa omnia, & singula vocatis, habitis specialiter, atque rogatis.

Ego Camillus Cellesius Protonotarius Apostolicus de numero participantium de præmissis rogatus præfens Instrumentum subscripsi, & publicavi. In fidem &c.

Ego Prosper Costagurus Protonotarius Apostolicus de numero Participantium de præmissis rogatus præfens Instrumentum subscripsi, & publicavi. In fidem &c.

Rome, Typis Reverende Camera Apostolica MDCXCII.



[Faint, mostly illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

L I T E R Æ  
L U D O V I C I X I V .  
R E G I S G A L L I Æ .

Ad Pontificem Innocentium XII. idioma Gallico conscripta

TRES SAINT PERE.

J'ay toujours beaucoup esperé de l'elevation de Votre Sainteté au Pontificat, pour l'avantage de l'Eglise & l'avancement de nostre Sainte Religion. J'en reconnois presentement les effets avec beaucoup de joie dans tout ce que V. S. a executé de grand & d'avantageux pour le bien de l'un & de l'autre. Cela redouble mon respect filial pour Votre Sainteté. Et parce que je tache de lui témoigner par les preuves les plus fortes dont je suis capable, que je suis bien aise de faire savoir a V. S. que j'ai donné les ordres necessaires, afin que les affaires contenues dans mon edit du 2. de Mars 1682. concernant la declaration faite par le Clergé du Roiaume ( a quois les conjunctures d'alors m'avoient obligé ) n'avoient point de suite. Et comme je souhaite non seulement que V. S. soit informée de mes sentimens, mais aussi que tout le monde sache par un témoignage public la veneration, que j'ai pour ses grandes & saintes qualitez; je ne doute pas aussi que V. S. n'y reponde par routes fortes de preuves & de temoignages de son affection paternelle envers moi. Cependant je prie Dieu, qu'il conserve V.S. heureusement pendant plusieurs années.

NOI RIFORMATORI  
Dello Studio di Padova.

F I N I S .

*Sacrae Theologiae Professor, ac totius Ordinis  
Prædicatorum humilis Magister  
Generalis & Servus.*

**H**arum serie, nostrique auctoritate officii licentiam concedimus Rev. Patri Magistro Fr. Aloysio Mariæ Lucino Provinciae nostræ Utriusque Lombardiæ Commissario Generali Sancti Officii in Urbe, imprimendi opus ab ipso compositum, cui titulus: *Romani Pontificis Privilegia adversus novissimos Osiores Vindicata &c.*, servatis tamen aliis de jure servandis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem &c. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariæ super Minervam die 15. Novembris 1734.

Fr. Thomas Ripoll, Mag. Ord.

S. L. \*

Reg. fol. 92.

Fr. Dominicus Ponsi  
Mag. Exp. & Socius.

## NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A**vendo veduto per la Fede di revisione ed approvazione del P. F. Tommasomaria Gennari Inquisitore, nel libro intitolato: *Romani Pontificis Privilegia*, non v'esser cosa alcuna contro la santa Fede Catholica; e parimente, per Attestato del Segretario nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo licenza a *Battolomeo Giavarina* Stampatore, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di stampe, e presentando le solite copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 25. Gennaio 1734.

( Andea Soranzo Proc. Rif.  
( Z. Pietro Pasqualigo Ref.

Agostino Gadaldini Segr.

INDEX

# INDEX MATERIARUM.

<p><b>A</b></p> <p><b>D</b>ivus Augustinus agmen Patrum dicit, indeficientiam Petri, &amp; successorum in fidei judicio, testantium. p. 73 Ejus monitum. 82 Appellationis prurigo a sententia Rom. Pontificis, unde devenit. 115 Appellationes a Concilio Generali ad Papam ejus comprobant superioritatem. 120 Parisiensis Academia fatetur, summo Pontifici Christianos omnes parere teneri. 84 Academiz faventes superioritati Concilii expenduntur. 125 Argumenta petita ex Monumentis ecclesiasticis diluuntur. 84 Auctoritas a Rom. Pontifice exercita supra Concilium Generale illius superioritatem enuntiat. 118</p> <p><b>B</b></p> <p><b>B</b>onifacius IX. a Labe fallibilitatis vindicatur. 98</p> <p><b>C</b></p> <p><b>C</b>arolus Calvus quid scripserit ad Hadrianum II. 70. Admissa necessitate Consensus Ecclesie ad infallibilitatem definitionis Pontificis ex Cathedra, quot absurdum consequantur. 81 Clausule de consilio &amp; assensu nostrorum Fratrum Cardinalium &amp;c. quid importent. 83 Controversia de Tribus Capitulis exponitur. 89 Clementis VI. Urbani V. &amp; Gregorii XI. protestationes examinantur. 97 S. Cælestinus V. defenditur. 102 Cardinalium consensus non requiritur. 107. &amp; 121 Canon <i>Si Papa &amp;c.</i> expenditur. 107. &amp; 121 Supra Concilium est Rom. Pontifex, ex quo est Jesu Christi Vicarius. 117 Occurrit objectioni ex decretis Concilii Constantiensis. 122 Obiectio alia ex Concilio Basileensi ducta retunditur. 124 Clavium nomine omnis potestas comprehenditur. 131 Capitularia Caroli Magni &amp;c. obedientiam Apostolicæ Sedi urgent. 130 Constitutio Alexandri VIII. conficiens declarationes Cleri Gallicani. 152</p> <p><b>D</b></p> <p><b>D</b>istinctio inter Pontificem, &amp; Sedem Apostolicam dirimitur. 101 Discrimen inter Magisterium Ecclesie Catholice, &amp; magisterium Rom. Pontificis. 117</p> <p><b>E</b></p> <p><b>E</b>ugenius II. &amp; Nicolaus I. ab errore purgantur. 93 Infallibilitatis privilegium nonnulli Rom. Ecclesie concedunt. 101 Ecclesia Rom. quomodo dicatur Mater &amp; Magistra altarum Ecclesiarum. 103 Edmundi Richeri libellus de Ecclesiastica &amp; Politica auctoritate, aliorumque proscriptio. 148</p> <p><b>F</b></p> <p><b>F</b>actum dogmaticum inseparabiliter cum jure conexum. 102</p> <p><b>G</b></p> <p><b>E</b>rrores quibus notantur Gregorius III. &amp; Stephanus III. futiles deteguntur. 91 Gallicana Ecclesie libertas in quo fundetur, dissident Auctores Galli. 142</p>	<p><b>H</b></p> <p><b>E</b>rrores ab Hormida, &amp; Vigilio repelluntur. 88 Honorius I. a nota hæreticos ablegitur. 90 Hadrianus VI. an fuerit fallibilitatis Pontificis reus. 99 Hugo Eucherianus celebris Scriptor laudatur. 140 Hosii Cordubensis regula inconcussa. 145</p> <p><b>I</b></p> <p><b>E</b>x saculo Christi Petro dicentis: <i>Pasce oves meas</i>, infallibilitas Pontificia evincitur. 76 A calumniis, ob confictos errores, Innocentius I. &amp; Zozimus vindicantur. 87 Errores adversus Innocentii III. &amp; Bonifacii VIII. Constituta intentari reiciuntur. 95 Cum infallibilitate pugnat posse errare in facto dogmatico. 101 Præsumtum Jus appellandi a Rom. Pontifice a Concilio Generale obtritur. 127 Judicium duplex. 129</p> <p><b>L</b></p> <p><b>F</b>also S. Leo obtruditur, tanquam assertor necessitatis consensus Ecclesie. 86 Liberii lapsus expenditur. 86 S. Leonis monitum de non stando auctoritati cuiuscunque Scriptoris. 110 Libertas quid importet? 141 Ludovici XIV. litteræ ad Pontif. Innocentium XII. 157.</p> <p><b>M</b></p> <p><b>S</b> Marcellini Pape lapsus (de quo valida pugna) infallibilitatem Pontificiam non impedit. 86 Melchioris Cani monita circa Decretales. 97 Aliud ejusdem monitum. 105 Ejusdem Auctoritas, &amp; sensus excutitur. 110 Quid sentiat de Appellationibus ad futurum Concilium? 127 Ejus protestatio. 134</p> <p><b>N</b></p> <p><b>O</b>bjecta Nicolao III. &amp; Joanni XXII. profugantur. 96</p> <p><b>O</b></p> <p><b>O</b>ratio a Christo Domino pro Petro facta primum fundamentum pro infallibilitate Rom. Pontificis. 73 Opinio asserentium requiri ad infallibilitatem judicii Pontificis Rom. consensum universalis Ecclesie, vel ecclesie specialis Romanæ exploditur. 80 Cajusdam Recentioris Romanæ exploditur. 82 Antiquitas opinionis opinio falsitatis convincitur. 126 Opus Milevitanum circumspicitur. 141 Opus Milevitanum monitum. 141 Opus Milevitanum hæresis. 151</p> <p><b>P</b></p> <p><b>Q</b>uando ex Cathedra Pontifex loqui intelligatur. 73 Infallibilem esse Rom. Pontificem sentent adversarii, sub conditione sive clausulis, quæ explicantur. <i>ibid.</i> Rom. Pontifex, ex privilegio a Christo Domino Petro concessio, &amp; per Petrum Successoribus ejus, est se ipso ex Spiritu S. indeclinabili assistentia infallibilis, quoties ex Cathedra loquitur. <i>ibid.</i> Ejus indefectibile judicium ex cathedra loquentis ratione probatur. 79 Adversariorum effugia exiustantur. 79 Prærogativæ Ecclesie Rom. unde procedant? 83</p>
--	---

Non-

Nonnulli Rom. Pontifices ab impactis erroribus vindicantur. 85  
 Romanus Pontifex superior est Concilio etiam Generali, tam dignitate auctoritatis, quam potestate jurisdictionis. 115  
 Pontificum dicta, afferentium se teneri observari Canonibus, quomodo intelligenda? 129  
 S. Petrus duplicem personam gessit. 132  
 Petrus Pithaeus auctor duorum librorum sine auctoris nomine impressorum. 142  
 Promissione Christi Petro dicentis: Tu es Petrus &c. Pontificis infallibilitas insinuat. 75  
 Ex Evangelico Textu *Pascite oves meas* probatur Pontificem Rom. superiorem esse Concilio Generali. 116  
 Pius II. Pontifex quid scribat de appellationum & appellantium audacia? 127  
 Princeps quomodo teneatur legi. 130. & 139  
 Petrus de Marca Parisiensis Archiepiscopus laudatur. 144  
 Duas retractationis schedulas signavit. *ibid.*

R

Notae in Rescripta nonnullorum Pontificum Rom. diffantur. 94  
 Rodulphi Pontificii Nuntii praesalarum alloquutio. 136  
 Regum Gallorum erga Romanos Pontifices devotio. 149

S

Historia Decreti S. Stephani P. I. de non reprobandis Haereticis recolitur. 85  
 Stephanus VII. & Sergius III. perperam postulantur de corrupta fidei doctrina. 93  
 Sixtus V. intemeratam & authenticam Sacrae Scripturae versionem procludit. 101  
 Duplex sensus, & libri, & auctoris exploditur. 111  
 Scriptores Galli de libertatum Gallicanarum fonte dicunt. 143

T

S. Thomas discrete testatur Petri Successorumque indeficientiam in fidei iudicio. 74  
 D. Thomae Cantuariensis praeclearum testimonium de superioritate Pontificis. 116  
 Tadeus Friderici II. Procurator innoxius appellacionem ad futurum Concilium. 133

V

Decreti S. Victoris P. I. de celebratione Paschae in die Dominico Historia. 84  
 Urbanus IV. & Clemens IV. Pontificia Auctoritatis defensores. 146

Z

Zephyrinus Rom. P. Montanistis non favit. 86

F I N I S.

FRATRIS HYACINTHI SERRY

PRIMARII THEOLOGI PATAVINI

A B

ALOYSIO MARIA LUCINO R.J.C.G.

Aperta jam fronte provocati, Iterata defensio,

S E U

INFALLIBILITATIS  
 PONTIFICIAE

*Iustis terminis circumscriptae fusior explicatio  
 firmiterque defensio.*

DISSERTATIO  
 APOLOGETICA

SECUNDIS CURIS ADORNATA.

*Adversus novissimum Privilegiorum Pontificiorum Vindicem; Eumque novo addito Editioni  
 sua Secunda Supplemento, obstinatius adnitentem.*

EDITIO SECUNDA

AUGA, & Castigata.